

ULTIMUM VALE

quod

FREIBERGENS.

BEATISSIMO THEOLOGO

VIRO

*Maximè Reverendo, Amplissimo atque
Excellentissimo*

DOMINO

PAULO PHILIPPO
ROEBERO,

SS. Theol. Doctori Celeberrimo, Templi Ca-
thedral. Pastori Primario Meritissimo, Gymnasii
Ephoro Gravissimo, nec non Venerandæ Diœces. Super-
intendenti hæctenus Spectabilissimo,

DN. Parenti in CHRISTO optimo, Soceroque desidera-
tissimo, ac de se inprimis immortaliter
Merito

Ipso Exequiarum die,

XIII. Sept.

A. O. R. M. DC. XCVI.

filiali Pietate atque observantiâ

Tumultuario hoc Elegiaco
acclamabat

GENER

immenso dolore, infinitisque lacrymis
confusus ac consternatus

M. CHRISTOPH: BLECHSCHMIDIUS;

Oppid. Metall. Zvœnicens. per decenn. & ultra
h. t. Pastor.

FREIBERGÆ,
Typis BECKERIANIS



Sic, Venerande SOCER, celer hinc dis-
cedis ad Astra,
Absentemq; Tuum deseris, heu,
Generum!
O durum fatum! nimum quoque
flebile fatum!
Discescit vitæ firma Columna
meæ.

Discescit PATER, ah! Nobis qui Currus Eqvesq;,
EUSEBIES fulcrum præsidiumque fuit.
Debita si CHARO SOCERO est Reverentia habenda,
Hic summò meritò est dignus honore Parens:
Nam quantum integritas Animi, probitasque,
fidesque,
Quantum Doctrinæ cum pietate decus!
Testantur Coetus sacer, & VVitebergica Tellus,
Freiberga, atq; Ortrand, testis apertus erit.
Non sibi divitias, sibi non quæsit honores,
Propositum hocce, Tuum, pascere CHRISTE,
Gregem,

Orestyloq; sacrum DOMINI illustravit honorem,
Vitaque Doctrinæ Regula justa fuit.

Ingeniū

Ingenii Lux recta fuit, verumqve colebat,
 Pectore in ipsius non mica fraudis erat.
 Oderat ex animo caussantes jurgia lites,
 Et semper Pacis mens studiosa fuit.
 Non læsit quæquam, non obrectabat Amicis,
 Protulit ingenio scommata nulla suo.
 Justitiâ Nulli, Nulli Pietate secundus,
 Vitaqve non turpi labe notata fuit.
 Vir sapiens, Gravis & DOCTOR, castusq; piusqve,
 In quo CANDORIS Laus celebranda fuit.
 Cuncta hæc perpetuo post fata fatebitur Ætas,
 Si quis adhuc Candor Posteritatis erit.
 Hunc censebam Paulum Senio fractumq; labore
 Ante obitum memini sæpe rogasse suum,
 Gnatum vel Generum Emerito succurrere PATRI
 Sacro vel propè se cernere in officio.
 Annuit his Pietas, divæ confisa Pronœæ,
 Si modo Fautor opem sponte tulisset ei.
 Præmia sed mundi expertus, pertæsus amaræ
 Absolvit vitæ fata suprema suæ.
 Arma precum nunc fracta jacent, jacet impiger
 Arcus,
 Doctrinæ & mentis dona sacrata jacent.
 Omnia cum summis Animi tot Dotibus, eheu,
 Unus jam tumulus contegit ista simul.
 Sed DILECTE DEO, Tibi Mors Sors, nobile Fœ-
 nus
 Funus, Causa Boni, Pausa qve facta mali.

Sic

Sic Voti compos Paulini, quae solebat:
Dissolvi cupio, Symbolon esse Tuum,
Morte solutus abis, Christi Virtute refurges,
Jamque hilares vultus aspicias ipse DEI.
Ac licet hinc cunctos tristi Nos Orbe relinqvas,
Nos tamen in Coelis junget JÖVA Tibi.
Salve ita sancte Parens, requiescant molliter
ossa,

Post tantas Curas, sit Tibi sancta quies.
THEIOLOGI in Coelis, quorum jam quisque tri-
umphat.

TE, PATER excipiunt, atque beatus AVUS.
Sedibus æthereis vivens nunc præmia digna
Nunc capis à JESU gaudia parta Tibi.
Sancte Vir & Divûm confors, cui Gloria Coeli
Nunc fulget, salve, vive, quiesce, VALE!



ULTIMUM VALE
 quod
 FREIBERGENS.
 BEATISSIMO THEOLOGO
 VIRO

Maximè Reverendo, Amplissimo atque

PAUL
 R

LIPPO

SS. Theol. Doc
 thedral. Pasto
 Ephoro Gravis
 inter

, Templi Ca-
 o, Gymnasii
 cecef. Super-

DN. Parenti in C
 tissimo

roque desidera-
 aliter

filiali

ntiã

imme

nis

M. CHRIS
 Oppid. Me

IDIUS;
 & ultra



FREIBERGENS,
 Typis BECKERIANIS